



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 22. Sessio V. Basileensis Synodi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

hiberet; *Sacrosancta Generalis Synodus Sæcul. XV.*
Basileensis.

A.C.1432.

§. XXI.

*Regimen Avenionensis urbis Cardinali
S. Eustachii commissum.*

Postremo hujus Sessionis decreto *Syno-* *Labbe Conc.*
dus Alphonsum Carillum natione Hi-to.12.p.489.

spanum Cardinalem tit. S. Eustachii con-
stituit Gubernatorem Avenionensis civi-
tatis, & Venaissini Comitatus Vicarium,
eidemque adjecit plenam ac integrum po-
testatem, eandemque facultatem, quam
Franciscus Narbonnensis Archiepiscopus,
& S. R. E. Camerarius olim a Martino
V. Papa obtinuit. Inde elucet, hunc
Prælatum fuisse primum Vice-Legatum
Avenionensem ab eo tempore, quo Pon-
tifices cum tota sua curia a laudata ur-
be discesserant; nam Petrus Fuxensis
Cardinalis, cui Eugenius Papa hanc Le-
gationem concredidit, ab Avenionensi-
bus non fuit admissus; unde bellum ex-
arsit, & civitas expugnata.

§. XXII.

Sessione V. Basileensis Synodi.

Die Sabbati nona Augusti in vigilia S. *Id.p.490. &*
Laurentii habita est Sessione quinta, in *seq.*
qua Synodus considerans, utile imo &

D 3 neces-

eccl. XV. necessarium fore pro cauſſis, quæ fidem
A.C. 1432. concernerent, de Viris valde idoneis sibi
 providere, eisque harum examen, ante-
 quam Patres Concilii definitivam fente-
 tiam ferrent, committere; hunc in finem
 tres nominavit Judices, nempe Francis-
 cum Papiensem, & Conradum Ratisbo-
 nensem Episcopos, neconon Joannem Ci-
 sterciensium Abbatem; quibus tam in i-
 pso Concilii loco, quam extra illum in
 cauſſis fidei citandi, audiendi, cogno-
 scendi, decidendi, aliaque faciendi po-
 testate concessit, dummodo ad prædictas
 cauſſas pertinerent; Nihilominus tamen
 priusquam hi Judices officio suo fungen-
 rentur, Synodi Deputati ejusmodi cauſſas
 examinare, ac desuper præfatis judi-
 cibus referre, totamque cauſſam ad ple-
 niorem rei discussionem remittere tene-
 rentur; his vero judicibus usque ad de-
 finitivam sententiam exclusive pronun-
 ciandi jus competeret, Synodo sibi defi-
 nitive decidendi auctoritatem reservante;
 idque vel maxime necessarium erat, ut
 decisio vim legis obtineret. Præterea
 alii tres nominabantur Episcopi, quorum
 sollicitudo erat, ut omnes cauſſas ad Sy-
 nodum devolutas audirent, exceptis iis,
 quæ vel fidem, vel nonnullos alios Sy-
 nodi Ministros spectarent. Horum tamen
 omnium sive pro fide, sive pro aliis cau-
 ſis Deputatorum potestas ad trimestre li-
 mitata

fidem
is sibi
ante-
tenten-
finem
ancis-
tisbo-
m Ci-
1 in i-
um in
ogni-
pote-
dictas
ramen
unge-
cauf-
judi-
d ple-
tene-
d de-
onun-
i des-
ante;
at, ut
terea
orum
d Sy-
is iis,
s Sy-
amen
caus-
re li-
itata

mitata erat. Tandem prohibuit Syno- Sæcul. XV.
dus, ne ullus, qui huic Concilio vel per A.C. 1432.
se, vel per procuratorem junctus esset, ad
Romanam Curiam, aut ad quemcunque
alium judicem extra Concilii locum evo-
caretur, vel lite semel mota invitus tra-
heretur. His ita statutis absoluta est
Sessio.

§. XXIII.

Oratores Eugenii Papæ in Congre- gatione audit.

Die vigesima tertia Mensis Augusti ha-
bita est Congregatio Generalis, in
qua Eugenii Pontificis Legati non ita
pridem Basileam delati audiebantur. Hi
quatuor erant numero, scilicet Andreas
de Constantinopoli Colossensis Archiepis-
copus, Joannes Tarentinus, Bertrandus
Magalonensis Episcopus, cuius sedes po-
stea Montispessulanum translata fuit, &
Antonius Sacri Palatii caffarum Audi-
tor. Accessere omnes hanc Congrega-
tionem, ac primo quidem Andreas pro-
lixo admodum sermone schismatis mala,
pacisque stabilis emolumenta extulit,
hortatusque, ut concordiam unacum Ee-
clesiæ Capite amplectentur; hac enim
via Græcos facilius reconciliari, Hūffitas
certius ad fidem revocari, moresque Cleri-
corum felicius emendari posse ajebat. In a-

D 4

lia